HIERONYMUS
Klosterneuburg, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 65r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=457
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



li. et ad ingressum eius omnes demones
contremuerunt. tecque prima ydolorum ruina
fuerit presentiam domini ferre non susti
nens. Et concurrere faciam egyp
tios. et pugnabit uir contra fratrem su
um. ciuitas aduersus ciuitatem. et reg
num aduersus regnum. Ingresso egyp
tum domino et potentissimam gentem sui pre
sentia destruente erit prima uictoria
dissidere egyptios contra egyptios. et
aduersus se belli odio dimicare. Quod
temporibus assyriorum et nabuchodonosor
regis babylonis factum esse manifestum est.
aliis sedentibus et aliis repugnantibus. Quod
autem hec de babylonia captiuitate predi
cat. hieremias testis est dicens. Vitula
elegans atque formosa egyptus. stimula
tor ab aquilone ueniet ei. Et rursum.
Confusa est filia egypti. et tradita in
manum populi aquilonis. Ezechiel quoque
pari prophetie auctoritate consentiens.
et cessare inquit faciam multitudinem
egypti in manu nabuchodonosor re
gis babylonis. Et iterum. Confortabo
brachia regis babylonis. daboque gla
dium meum in manum eius. et confrin
gam brachia pharaonis et scient quia
ego dominus cum dedero gladium meum
in manum regis babylonis. et extende
rit eum super terram egypti. et dispersam e
gyptum in nationes. Si autem ad tempora
referamus saluatoris illud de euuglio
sumamus exemplum. Nolite putare
quod ueni pacem mittere super terram. Non
ueni pacem mittere. sed gladium. Veni
enim diuidere uirum aduersus proximum
suum. et filiam contra matrem suam. et nurum

contra socrum suam. et inimici hominis
domestici eius. Et rursum alio loco. Erunt
diuisi duo in tres. et tres in duo. pater con
tra filium. et mater contra filiam suam. nurus
contra socrum suam. Et dirumpetur spiritus
egypti in uisceribus eius. et consilium eius precipi
tabo. et interrogabunt symulacra sua
et diuinos suos et phytones et ariolos. Cum
sedicio fuerit orta in egypto siue baby
lonio seruire cupientium siue nolentium
iugo eius colla summittere. siue aliis xpo
credentibus. aliis repugnantibus dirum
petur. et scindetur spiritus egypti. non eadem cunc
tis uolentibus. et omne consilium eorum ad ni
chilum deueniet. Tecibunt ad symulacra
sua et diuinos et ariolos ac uates magi
cisque doctos artibus interrogabunt cur
ista acciderint. Et tradam egyptum
in manum crudelium. et rex fortis dominabitur
eorum. ait dominus exercituum. Duplicem intel
ligentiam sequimur. uel chaldeorum temporum
quando nabuchodonosor egyptus expug
nata est. uel romani imperii. quando antonio
cleopatraque superatis. augustus cesar
egyptum subiugauit. Babylonios fuis
se crudeles omnis scriptura testatur. quia par
uulis non pepercerint. et suis eos iaculis uul
nerauerint. nec pregnantibus sint miseri.
romanum autem regnum fortissimum. et da
nielis scriptura testatur. exponens quartam
bestiam habentem dentes et ungues ferre
os. Et arescet aqua de mari. et fluuius
desolabitur atque siccabitur. et deficient flu
mina. Attenuabuntur et siccabuntur riui
aggerum. calamus et iunc marcescent. nu
dabitur alueus. riui a fonte suo. et omnis
sementis irrigua siccabitur arescet et non